

butiones, ut genera partium, gene-  
rūm ue partes, ut primordia rerum,  
& quasi præcurrentia, in quibus in-  
est aliquid argumenti, ut rerum con-  
tentiones, quid maius, quid par, quid  
minus sit, in quibus aut naturæ re-  
rum, aut facultates comparantur. C.  
F. Omnibus ne igitur ex his locis ar-  
gumenta sumemus? C.P. Immò ue-  
rò scrutabimur, & quæremus ex o-  
mnibus, sed adhibebimus iudicium,  
ut leuia semper rejiciamus, nonnun-  
quam etiam communia prætermitta-  
mus, & non necessaria. C. F. Quo-  
niā de fide respondisti, uolo audire  
de motu. C.P. Loco tu quidem quæ-  
ris, sed planius quod uis explicabi-  
tur, cum ad orationis ipsius, quæstio-  
nūmque rationem uenero. C.F. Quid  
sequitur igitur? C.P. Cum inueneris,  
collocare, cuius in infinita quæstio-  
ne ordo est idem ferè, quem exposui  
locorum: In definita autem adhiben-  
da sunt illa etiam, quæ ad motus ani-  
morum pertinent. C.F. Quomodo i-

B gitur